contritio est illud in peniten tia quod purgat peccata: ergo bene dicitur in diffinitiõe contritio est dolor. Modo de obiecto contritionis qđ tãgitur quãdo dicit̃ pro peccatis: ergo peccata sũt obiectũ eius. Igitur videnduꝫ est de quibus peccatis sit conterẽdum. Ubi primo sciendũ ꝙ ſm Tho. vbi ṡ: ⁊ Alex. vbi ṡ. contritio nõ debet esse de originali peccato. Ratio est: quia cõtritio est dolor cõminuens duriciã cordis. Et iõ solum de illis peccatis eẽ potest que ex duricia voluntatꝭ nostre eueniũt. Cum aũt peccatũ originale nõ sit inductũ ex hominis iam volũtate sed vitiata origine nature cõtractum: ideo non potest de ip̃o esse contritio sed displicẽtia quedã. Insup̱ nõ debet esse contritio de penis peccatoꝝ ſđ Tho. sic probat vbi ṡ. ar. 2. q. i. Et etiã Alexã. de al'. vbi supra. Cõtritio p̱ se ⁊ ꝑprie ꝗtũ est de necessitate culpã respicit: penam autem non nisi ex cõsequẽti: vtpote illud quod est culpe annexũ. Licet enim aliquãdo consideratio damp̄noꝝ q̃ accidũt ex peccati perpetratione: materiam dolendi inducat: ⁊ etiam dolorem. hoc tamen non est đ necessitate contritionis sed potius ex habundanti. Cũ enim gratia gratis data excitat ad cõsiderationẽ dãp̄norum peccati excitat consequenter ad dolendũ de istis nec dolor iste est contritiõis licet quodãmodo sit dispositiuus ad illũ. Sed dolor iste q̃ est de contemptu dei ⁊ auersione ab illo quẽ inducit gratia gratum faciens est cõtritionis sine q̃ nõ põt esse gratificatio cũ deo. Itẽ hic dolor nõ est de peccatis alioꝝ: qꝛ oportet ꝙ ꝯtritio de pct̃õ sit in eodẽ in quo peccati duricia p̄cessit. Ultimo nõ est etiam cõtritio de futuro peccato: qꝛ adhuc nõ est: maxime vt contritio est p̱s penitẽtie debet tamẽ esse caucio q̃ est p̱s prudẽtie. ꝑprius eñi actus penitẽtie est in obiectuꝫ ꝑpriũ qđ est peccatũ cõmissum. Ideo dicit̃: cõtritio est dolor ꝓ peccatis scꝫ ꝑprijs cõmissis actualibus mortalibus ĩ speciali: ⁊ de venialibꝰ saltẽ in generali: ⁊c. Sic habes quid sit cõtritio in rõne.

ꝛ in actu: in obiecto ꝛ in termino. D. Filius. Valdꝫ vtilis vt ꝑpendo hec est materia de cōtritione. Et beatus cui datur ipsa. Sed vnū est qđ adhuc me facit tardū reuertendi. Si (vt dicis) de quolibet peccato oporteat hoīez cōteri ꝛ ad mentē reducere: videtur mihi hoc fore multum difficile ꝛ quasi infactibile. Angelus inquit. vide parabolā talē. Veni inquit filius ad quendam agrum magnum vrticis sentibusqꝫ ac vepribus plenuz. Et ecce quidā venit ad ipsum (cuius videbatur esse) ager ꝛ secū duxit filiū suū cui cōmisit agrū ad colendum. Et ab eo recedēs mādauit filio quatenus omni conatu agrum coleret vt ad pristinaz posset reformari munditiam. Sed cū pater ipsius recessisset incepit prefatus filius (tepido affectu exiguoqꝫ conatu) attēptare si quod pater iusserat ꝑficere posset. Et factū est cū agrum tantis īmunditijs vidisset idem filius esse plenū desperatus se sub arbore ꝑstiens obdormiret. Queȝ pater sic dormientem inueniēs increpabat eū dicēs. Cur nō ꝑficis id (quod tibi a me imperatum est) opus: Quare hic torpore deprimeris? Cui filius. O pater: cū inquiens agrum tam repletum, varijs īmunditijs vidissem terruit me aspectus eius ꝛ desperāns me proieci in terraȝ. ꝛ obdormiui. Cui pater imprudēter inquit egisti: surge ꝛ fac hodie modicum ꝛ cras similiter: ꝛ sic deinceps: ꝛ videbis in breui agrum ab his īmunditijs purgatum. Quod ꝛ factum est in breui. Hanc vidi visionem: eius interpretationem a te cupio scire. Angelus. Tu si vis interpretationem eius intelliges. Nam si iste filius in principio [illegible] onē patris implesset: ꝛ [illegible] die dietam suā perfec[illegible] grū vtiqꝫ cito mundasset. Ager iste mentem peccatoris designat que plena est vrticis ac sentibus ꝛ alijs īmunditijs peccatorū. De quo dicit sapiens Prouer. 24. ꝑ agruȝ pigri hoīs transiui: ꝛ ecce totum repleuerant vrtice ꝛ spine. Hic pater deus. Filius tu es ꝛ tibi similis qui multa cōmisistis peccata: nec vult[illegible]

pniam agere ꝓpter horrorē peccatorū. Verūtñ tu fac sicut hic fili⁹ in fine fecit ⁊ aggredere op⁹ penitētie: ⁊ fac quotidie modicū: ⁊ in breui inuenies magnū fructū. ¶

Quinta feria.

In se reuersus dixit quāti ⁊c̄.

Postq̄ de ꝯsideratiōe p̄rne glorie heri dixi quā pctōr meditans trahi dꝫ ad ꝯuersionē. hodie de eius habundātia loq̄ placet quaꝫ pctōr dꝫ meditari: igit̄ hodie iterū angel⁹ suū visitat filiuꝫ cure sue cōmissuꝫ ⁊ adhuc ipsuꝫ ī mesticia reperiēs dicit. Ecce video nec hodie tibi cure est reuerti ad patrē: cur nō recipis mēte suā habūdātiā: nescis q̄ hi q̄ in domo p̄ris sūt habūdat panib⁹: q̄d hic ꝑmanes famelic⁹? Fi. Utiq̄ satis mēte reuolno ei⁹ habūdātiā q̄ potiunt̄ oēs q̄ in ei⁹ domo morant̄. Sꝫ vnū est q̄ me (⁊ hodie) tardū ad iter reddit. Videt̄ enī mihi q̄ de⁹ pater tametsi supͣhabūdat ī domis tñ inequaliter ea distribuit: ⁊ vt videt̄ nō ſm merita. Uidem⁹ enī q̄ mali ⁊ iniusti nō nunq̄ pl⁹ de bonis tꝑalibus ⁊ fortuna possideant q̄ iusti: cū sepe iusti ab iniustis cogētur sustentari. timeo ergo q̄ ī alia vita similiter faciat. Manebo igit̄ hic forte mouebit aliquādo pater misericordia ⁊ pietate vt mihi subueniat sine cōuersione ad ipsuꝫ. Angel⁹. Tu tamēs loqueris ⁊ quasi incidisses in errorem eorū qui dixerūt hominez in alia vita tm̄ de bonis ⁊ voluptatib⁹ habere quantū h̄ habuerūt. Narrat enim Eustrachi⁹ lib. ethi. q̄ quidam rex fuit assiriorū diues ⁊ voluptuosus noīe Sardan⁹ cuius sepulcro quidā epicuri e pistauiū supposuerūt statuaꝫ tenentē in manu tabulam marmoreā: in qua ex ꝑsona illius scriptū erat. Tāta nūc iuenisꝫ post mortē: quāta primo id est ī vita accepi. Ergo comede bibe epulare. Sed q̄ illud error sit pessimus audi hodiernū euangeliū qd̄ Luce. 16. scribitur.

In illo. t. di. ie. di. su. ꝑabolā hāc Homo qdā erat diues ⁊ induebat̄ purpura ⁊ bisso ⁊

epulabaẽ quotidie splẽdide. Et erat quidem mendicus nomine Lazarus: qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus cupiens saturari de micis q̃ cadebãt de mẽsa diuitis: ꝛ nemo illi dabat. Sꝫ ꝛ canes veniebãt ꝛ lingebãt vlcera ei⁹. Factũ est aũt vt moꝛereẽ mendicus ꝛ poꝛtareẽ ab angelis ĩ sinũ abꝛae. Moꝛtu⁹ est aũt ꝛ diues ꝛ sepult⁹ est ĩ inferno. Eleuãs aũt oculos suos cũ esset ĩ toꝛmẽtis vidit abꝛaã a lõge ꝛ Lazarũ in sinu eius. Et ipse clamans dixit. Pater abꝛaã miserere mei ꝛ mitte Lazarũ vt intingat extremũ digiti sui ĩ aquã vt refrigeret linguã meã qꝛ crucioꝛ in hac flãma. Et dixit illi abꝛaã fili recoꝛdare qꝛ recepisti bona in vita tua ꝛ Lazar⁹ silꝛ mala. nũc aũt hic consolaẽ tu ꝟo cruciaris. Et ĩ his oĩbus ĩter nos ꝛ vos cahos magnũ firmatũ ẽ: vt hi q̇ volunt hic trãsire ad vos nõ possint neqꝫ inde huc trãsmeare. Et ait Rogo ergo te pr̃ vt mittas eũ in domũ patris mei. Habeo enĩ quiqꝫ fratres: vt testeẽ illis: ne ꝛ ipsi veniãt ĩ locũ hũc toꝛmẽtorũ. Et ait illi abꝛaã. Habẽt moysen ꝛ ꝓphetas audiãt illos. at ille dixit. Nõ pater abꝛaã: sꝫ si q̇s ex moꝛtuis ierit ad eos pñiam agẽt. ait autem illi. Si moysen ꝛ ꝓphetas non audiunt neqꝫ si quis ex moꝛtuis resurgerit credent.

Uides igit̃ ꝙ male subinfers quia dat malis nonnũꝙ plura ꝛ copiosiora de bonis temporalibus ꝙ̃ bonis ꝛ iustis. ergo similiter facit in spũalibus ꝛ post hanc vitam: quod falsum est. Nõ autẽ in tẽporalibus locum habet hoc nõ fit sine dispensatione diuine sapiẽtie. M Nõ enĩ est semper bonum signũ: sed cõmuniter malum. qꝛ vt dicit Boetius de ↄ̃so. phi. lib. 2. me. 5. Bona tẽporalia sunt causa omniũ maloꝛuʒ. Dicit etiã Greg. ꝙ successus p̃ntis felicitatis est indiciũ eterne damnatiõis. vñ Job. 21. loquẽs de malis diuitibꝰ dicit Quare impij viuũt subleuati sunt confoꝛtatiqꝫ diuitijs. Domꝰ eoꝛũ secure sunt ꝛ pacate ꝛ nõ est ꝟga dei sup illos. Et sequit̃ post ml̃tas foꝛtunas quas enarrat ibi: Ducunt in bonis dies suos: ꝛ in p̃ũcto descendũt in infernuʒ Uides igit̃ ꝙ nõ est sicut tu iudicas. Nã quem deus custodit a ꝓsperitate huiꝰ mũdi optimũ donũ est: maxime si bonꝰ est. At quia tu talis es qui non es ꝓsperatus in peccatĳ tuis: ideo suscipe tuũ infoꝛtunium vt donuʒ a deo ꝛ reuertere ad patrem. Filius. Satis contẽtauit me etiam (ea in re) tua angelica infoꝛmatio: Quare vt ꝓseq̃ possim quod tua ammonitione attẽptaui rogo vt de contritiõe me vlterius velis infoꝛmatũ. R. Angelus Placet quod postulas. Scire igit̃ debes ꝙ contritio debet etiã esse de peccatis oblitis. Ad quod Sciendũ ẜm Tho. ꝛ Alex. vbi s̃. Nõ aliquod peccatũ põt esse oblitũ dupliciṫ. Aut ita ꝙ in generali memoꝛia maneat ꝛ nõ in speciali: ꝛ tũc debet hõ recogitare vt veniat ad cognitionẽ illius peccati: qꝛ de quolibet peccato specialiter est cõterendũ. Si aũt inuenire nõ potest: sufficit de eo conteri ẜm ꝙ ĩ memoꝛia est. Et tunc dʒ hõ non solũ conteri d̃ peccato sed etiam de obliuione peccati que ex negligẽtia cõtingit. Aut ita potest esse oblitum ꝙ peccatum omnino a memoꝛia cecidit: Tunc ex impotentia excusatur a debito: ꝛ sic sufficit contritio generalis de oĩ eo qd̃ deũ offẽdit. Sed quãdo hec potẽtia

tollitur:sicut cum peccatum ad memoriam venerit: tūc tenetur homo de eo specialr cō fiteri. Recte sic paup qui nō potest soluere suum debitum excusatur. vñ dicitur ď resti. spo. c. olim vobis: q inanis est actio quam inopia debitoris excludit. Attamen in mora est quando ad pinguiorez fortunā venerit vt nō jo. an. de reg. in. ca. pctm̄. Sic hic a simili est. hec tho. Sz alexander hoc ostendit per aliuz modum: quem causa breuitatis hic obmitto: qz satis redūdat in idez. Hoc tamē est sciendū q penitens semp tenet ad singularem contritionem de omnibus mortalibus sed non ad semp z p semp: qz ē preceptum affirmatiuuz. Et hec sufficiant de obiecto contritionis me perorasse. Sed vt feruentius vias ad reuertendū per contritionez ad patrem ipam diffinitionem contritionis vlterius explanabo S Nam (vt s audisti) contritio debet esse dolor voluntarie assumptus cum pposito confitendi z satisfaciendi. vbi primo dicitur voluntarie zc. Ad cuius noticiā aduertendum q dolor cōtritionis debet esse volūtarie assūptus triplici ratione fm Thomā vbi s. z alex. vbi s. Primo ad ostendendum q ad perfectionem virtutis requiritur electio vt Ari. 2. ethi. ait. Virtus est habitus electiuus fm rectam rationē ergo zc. Secundo ad ostendendum q sicut peccatum fuit voluntariū ita dolor contritionis necessario debet esse voluntarius: idō dicitur dolor volūtarie assūptus. Tertio vt ostendatur q non oīs dolor est voluntari9 vnde nec meritorius. zc. Dicit etiā doctor subtilis in. 4. di. 14. q. 1. ar. 3. q ad deletionem peccati regulariter requiritur pena voluntaria. et pbat hoc sic. Nam peccatuz p aliquam penam deletur: et per aliquam non: vt patet in damnatis. Sap. v. penitentiam agentes et pangustia spiritus gementes. zc. Non est autem pbabilior differentia sicut de voluntario et inuoluntario: tum qz punitio damnatorū longe maior est et intensiue et extensiue q̄ punitio viatoris: cuius tamē peccatum deletur per suam penā et do-

lorem. Et ergo maius et minus per intensionem et extēsionem nō fac̄ differētiam: vt dictū ē. Hoc etiam videm⁹ in humano offensis ꝙ pena siue displicentia voluntaria placat offensum: non autē oīno inuoluntaria et cū murmure supportata vel suscepta. Et ideo requiritur dolor voluntarius vt dictū est. Sȝ posset quis querere quō pōt aliqua pena esse voluntaria cum de ratione pene sit esse inuoluntariuȝ: qꝛ sicut nullus peccat in eo quod nō vult ita nec penitentia in eo qō vult. Ad quod intelligendum sciendū est ꝑm Sco. in. 4. di. 14. q. 1. ꝙ inuoluntarium simpliciter est illud contra quod voluntas simpliciter remurmurat. ¶ Et ꝑ consequens per oppositum voluntarium potest intelligi tripliciť. vno modo contra quod non omīno volūtas remurmurat sed patienter sustinet. Secundo mō volūtarie acceptat. Tertio modo quod volūtarie causat: et hoc dupliciter: scȝ vel vt causa ꝓxima ꝑtialis ⁊ nō intendens istum effectuȝ. vel vt causa remota principalis: et intendens effectum. Et sic habēť quatuor mēbra. Et ꝑ patet hec distinctio qꝛ in ꝑmis duobus tristicia est obiectuȝ volitiōis. in tertio est effect⁹ tm̄ ⁊ non obiectū. in quarto est obiectum et etiam effect⁹ nisi aliquid impediat. Hec membra postea declarabunť ¶ Patet etiā ordo: qꝛ secundū addit super primum quantū ad rationem voluntarij. Et tertiū sup secūdum: et quartum super tertiuȝ. ¶ Pena etiam pōt intelligi vel quodcūꝗ incōmodū siue disconueniens. Et illud pōt esse in homine in ꝑte sensitiua: vel in corpe coniuncto actui anime sensitiue. Vel potest esse primum disconueniens quod ē tristicia que est ex parte intellectiua: que ꝓprie et ꝑmo est pena. De qua dicit aug. d̄ ciui. d. li. 14. c. 15. Nō tristitia est dissentio animi ab his reb⁹ q̄ nobis nolentibus acciderunt. Supposito ergo de penis exterioribus tanꝙ de manifestis quomō possint eē voluntarie quocunꝗ istoruȝ quatuor modorum voluntarij. De pena ista prima. s. tristicia videamus. ¶ Patet ꝙ

ipsa pōt esse voluntaria pmo modo sed sm quid id est pati enter tollerata: quia malū in commodum: dum tamen nō sit contra rectam ratiōnē pōt non tm̄ absolute patiēter sed ordinarie patienter sustineri Potest etiam istud acceptari in ordine ad aliquem finez vt dicit Aug⁹. in li. de penitentia. Peccator de peccato doleat et de dolore gaudeat. ¶ Sed tertium sc3 quō voluntas causat dolorem vel tristiciā volūtarie vt causa ꝑtial' ē difficilius cogscere. Ad qō dico ꝙ tristicia ī aliq̄ volūtate causari naturalit' non pōt nisi a duab⁹ causis cōcurrēti bus sc3 ex actuali nolitōe alicui⁹ existētie: ⁊ actuali apprehensione illius existentie iuxta descriptionem tristicie premissam ab augustino. Quicq̄d igitur est causa nolitionis est causa partialis ipsius tristicie. Licet non intendat ꝑ nolitionem causare tristicia3 nec optet intendere. Iste aūt due cause quandocunq3 concurrūt quantū est ex se causat tristiciam sicut effectum naturaliter consequentez. Ex isto tertio ꝺclarat' q̄rtū q2 ex quo tristicia sequit' vt effect⁹ naturalis nolitionē actualē alicuius ⁊ ꝯsiderationē actualē illi⁹ noliti. Licet iste due cause multipliciter possint concurrere: quia ex tot causis ex quot potest esse talis consideratio actualis in intellectu. Et talis actualis nolitio ī voluntate: tamen nihil v nū potest esse causa tristicie loquēdo de naturali causatione nisi possit esse causa concursus istorum duorum que sūt cause proxime naturaliter necessarie. Huius autem causa cōmunis potest esse voluntas vt imperans actum considerationis et actum nolitionis eiusdem obiecti: ⁊ hoc in ordine ad illum finem intentum vt sequatur tristitia puniens: ergo voluntas precipiens intellectui ꝯsiderare aliquid vt actu existens et volūtati nolle illud vt actu exn̄s cāt tristitiā tanꝙ vna cā etiā intēdēs istū effectū: ⁊ hoc nō vt ꝓxia q2 n̄ pt eē vna cā sufficiēs ꝓxia: s3 cāt tristitiā vt vna cā r̄mota: q2 cā ē ꝓxiaꝝ cāꝝ respectu tristie ⁊ applicatiōis eaꝝ. P3 ꝫ quō pma pena. s. tristia pt eē volūtaria ⁊

est a volūtate causata: nō tm̄ sicut a causa ptiali sicut vniuersaliter causat a voluntate volente illud quod euenit: sʒ sicut a causa rationali remota tamen: applicante scʒ causas partiales proximas huius effectus: ꝛ hoc in ordine ad talem effectum causanduʒ. hec doc. sub. vbi s̄. ✠ Et hec dicta sint de illa pticula volūtarie assumptis. Sequi. cum ꝓposito confitēdi vbi s̄. vbi Sciendum ꝙ predicta diffinitio datur de contritione nō vt est actus virtutis tantum: sed vt est pars sacramenti penitentie. ad quod requiritur simul cum contritione confessio ꝛ satisffactio: ꝛ ideo vere cōtritioni semp est annexū ꝓpositum confitendi et satisfaciēdi. sine quo ꝓposito nō est cōtritio. Et ideo bene dicit cuʒ ꝓposito confitendi et satisfaciendi. Ubi vlterius nota ꝙ sola contritio sufficit vt peccatum dimittatur: ita tamen vt proponat ab aliis abstinere. ꝛ illud est confiteri ꝛ satisfacere ꝫm iudicium ecclesie. Unde de pe. di. j. c. magna. vbi aug. ait. Magna dei pietas vt ad solam promissionē pctā dimiserit: nonduʒ ꝓnūciat ore ꝛ tm̄ ōs q̄ iam audit ī corde dimittit. hec ille. Cuius etiam veritas patet ꝑ exemplum lazari quem primo suscitauit dn̄s ꝙ a discipulis solueretur. Jo. xj. Item per decem leprosos qui in via ante ꝙ venirēt ad sacerdotes mūdati sunt. Luc. 17. Jō dicit ps: dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam ꝛ tu remisisti impietatē peccati mei Dixi id est firmiter statui in corde meo confitebor ꝛc̄. ꝛ tu remisisti scʒ quando hoc proposui. ꝛ ideo q̄ꝙ ꝑ contritionem cum proposito confitendi ꝛc̄. deleat peccata: tamen postea tempore debito si confessio ꝛ satisfactio non sequat tamē peccata nō redeunt ꝙuis mortaliter peccat qui obmittit: vt vult hostiē. Hec de cōtritōe pro ista die sufficiāt.

℣ Filius. Sat ī pcepi ex tua doctrina qual' debeat eē contritio. Sed vnum me itidem reddit attonitum immo quasi diffidentia auersum. Si ēm (vt doctores dicunt) per vnicam contritionem caritate et gratia formata deleant omnia pctā illius qui cō=

tritionez talem habea: cur tā pauci īueniunt qui hanc gratiam possint acquirere: Cuius culpa sit vtruȝ de dantis vel hominis se disponentis velle, lem a te luculentius informari. Angelus. Uide parabolam. Et vidit huiuscemōi similitudinem. Uidi (inquit filius) quādam regionē magnam et amplam: que nimio solis ardore (desup coquente) tota exusta erat: et multi homines in ea erāt q̄ siti omnes estuabant in tm̄ vt apto ore magnoq; d̄siderio discurrentes quererēt vnde sitis ardorem extinguere valerent. Erat autē in medio regionis piscia que erat aqua viua plena: que ex viuo fonte scaturiebat: attamen ipsa piscina circumsepta erat spinis et tribulis sentibusq; varijs: ita vt sine punctōe q̄s ad eaȝ venire minime posset. aliqui tamen licet pauci temptabāt ipsam accedere: de eiusq; aq̄ (quaȝ summe sitiebāt) haurire. Sȝ maior ps hominū q̄ ibi erant & siti estuabant (varijs impediti occupationibus) ad ipsam piscinam minime veniebant. Nam aliqui sibi cisternas foderunt: in quib9 putabant se posse sitiȝ extinguere Alij cathenati excutere se a cathenis temptabant: sed minime poterant. Reliqui se (cū sitirent) sopori dederant vt vel sic sitibundum desiderium extinguere possent. Insuper inter illos qui p tribulos offensi pertransierunt magna erat dr̄ntia. nam aliq̄ apto ore bibebant: aliqui manu lambebant: reliq̄ vero vix cū digito aque intīcto se refocillabant. Hanc vidi visionem eius interp̄tationeȝ ignorās Angelus. Congruam vidisti visionem. Nā regio hec mundus est qui ardore cupiditatis torret: & homines ipsam sequētes aperiūt ora sua id est desideria sua: in ipsis se sperantes posse impleri. Piscina gratia est que dať in sācta pnīa quā q̄s assēq̄ non valet nisi p sentes & tribulos penitentie transeat. Qđ autem vidisti quosdam cathenatos quosdam cisternas fodientes reliquos multis alijs occupationibus impeditos. oīa hec varias hominū excusationes a penitētia implenda signāt Postremū q etiā vidisti dif

ferentiam ad piscinam acce-dentium: Ubi designantur q̄ ad penitentiam veniunt s̄m gradus. Nam qui pleno ore bibūt de piscina aquā: hi sūt qui pfectam in hac vita agūt penitentiam. Et qui lambūt aquam hi sūt q̄ q̄dem ↄtritio-nē rectā habent: cōfitentur q̄ pure sua pctā: tamen ad ple-nā satisfactionē nō ptingunt Ceteri vero q̄ vix digito eam attingūt hi sūt q̄ quidem aliq̄ li attritione confitentur sup-ficialiter peccata sua ⁊ cōsue tudinariā satisfactionem s̄m affectum recipiunt a confesso re: in penitentia parū pficiē-tes. Sentes ac tribulos per-transeūt: vt sancte ecclie pos-sint satisfacere: quia ieiunāt: orant: aliaq̄ opa penitētie fa ciūt in paruo desiderio: vt vix p ipsa possint gratiam a deo impetrare.

Feria. vj. Ser. xviij.

In se reuersus di xit. ⁊c. vbi s̄. A Expeditis tribus con ditionibus quos filius prodi gus in tertio statu habuit: q̄ recognouit suā miseriam: pa tris gloriam: ipsiusq̄ habun-dantiā. Nūc quō recognouit eius miscōdiam videndum est que vtiq̄ peccatorem trahe-re debet: que tanta ē q̄ exti-mare nō pōt. Ostendit enim deus suā miscōdiam erga pec-catores eos patienter sustinē do. Trenoꝝ. 3. Miscōdie ē q̄ consumpti non sumus scꝫ in peccatis. Secūdo ipam ostē dit in inuitādo. Vñ Iere. 3. Tu aūt fornicata es cū ama-toribus multis: sꝫ reuertere ad me et ego suscipiam te. Item ps̄. Miscōdia eius pre-ueniet me. Item in suscipien do peccatores ad penitentiā Ad ro. 2. Nescis quia benig nitas dei ad penitētiā te tra-bit. ⁊c. Igitur hodie venit angelus more solito ad filiuꝫ pdigum adhuc psistentem i mesticia sua et dicit. Cur iaꝫ quasi contritus nō surgis vt vadas ad patrem et confitea ris pctā tua. Fili⁹. Nec hodie parat⁹ sum ire. Terret em̄ me vnū qđ cum mente ru mino quasi pater iniuste cum ecclesia sancta agat ptimesco p eo q̄ ipam quaꝫ a pncipio mūdi plātauerat: frequenter cōmiserit et his diebus plus mal' agricol' q̄ nō dāt fructuꝫ

tēporaneū. Si em̄ diligit, ip
sam cur nō locat eā his q̄ fra-
trē ī ea facere posset. An.
Ho[illegible] [illegible]uersa facere nō debꝫ
[illegible]uia [illegible]tsi hoc nonnunq̄ cō-
[illegible]ngat vt vicꝫ ds ꝑmittat re-
gnare malos ꝑlatos: nō tam̄
sic relinquit ecclesiā quin eti
am ipsam locet nonnunq̄ bo
nis colonis: et malos male ꝑ
dat. Vt patet ī hodier. euā.
qd scribit Math. 21.

In il. t: d. i. d. s. ꝛ turbis iudeoꝝ ꝑabolam hāc. Homō q̄dā erat pr̄familias: q̄ plātauit vineā ꝛ sepē circūdedit ei: Et fodit in ea torcular ꝛ edificauit turrim ī medio eiꝰ. ꝛ locauit eā agricol: ꝛ ꝑegre ꝓfectꝰ est. Cū aūt tēpus fructuū appropinq̄sset misit suos suos ad agricolas: vt acciperēt fructꝰ eiꝰ. Et agricole app̄hēsis seruis eiꝰ aliū ceciderūt: aliū occiderūt: alium vero lapidauerūt. Iteꝝ misit alios seruos plures ꝑorībꝰ: ꝛ fecerūt illis silr. Nouissime autē misit ad eos filiū suū dicēs: Verebūtur filium meū. agricole aūt vidētes filiū dixerūt intra se Hic ē heres. Venite occidamus eum: et habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eū eiecerunt extra vineam: et occiderunt. Cum ergo venerit dominus vinee quid faciat agricolis illis? aiunt illi. Malos male perdet: et vineam suam locabit aliis agricolis qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis iesus. Nunquid legistis in scripturis. Lapidē quē reprobauerunt edificantes: hic factus est in

caput anguli. A dño factũ ẽ istud: ⁊ ẽ mirabile in oculis nostris: Jdeo dico vobis q2 auferet a vobis regnum dei: et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit sup lapidez istũ confringetur. Super quem vero ceciderit conteret euz. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius cognouerunt ꝙ de ipsis diceret. Et querẽtes eũ tenere timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant.

Uides igit ꝙ ds pater ꝓmi sit bonis colonis dare suum ortum scz ecclesiam seu sacrã scripturam. Uerumtamen vt p ipam pabolam signat eccle sia manifestum est ꝙ semper habuit aliquos bonos colonos in veteri testamento. s. sanctos patriarchas ⁊ ꝓphetas q̃uis mltoplures malos Sic etiam post christi aduẽtum videmus ꝙ multos habuit bonos colonos scz apostolos doctores sanctos qui magnum fructum egerunt in eccl'ia q̃uis vt videm⁹ ꝓch pudor (maxie nouissimis tẽporibus) ꝙ multos pessimos prelatos habeat nõ colonos sed deuastatores illius vinee Sed cuius culpa sit vtrũ prelatorum seu subditorum cum de vtrisqꝫ legim⁹ in sacra scptura: facile non est dephendẽdum (ea in re) iudicium dei. Jgitur tu sequere que bona sunt: bonosqꝫ imitare: q2 nun ꝙ deficient qui pdestinati ad vitam possint ꝓdesse. Fili⁹ Si sic est rogo dic mihi vlterius de ipsa contritione: et q̃ modo me debeam ad ipsam disponere. Angel⁹ B

Oportet te in ea cognitõe drñtiam scire inter attritionẽ ⁊ contritionem. Dicit enim Alexãder vbi s̃ ꝙ diuina sapientia cõuenienter ordinat illa que opantur ad iustificationem peccatoris. et ideo ex parte homis q̃dam prepatio precedit iustificationem: que

dam ex pte dei. Et hoc insi-
nuatur zach.j.vbi dñs dicit
Conuertimini ad me: et ego
conuertar ad vos. Sicut enī
in iustificatione requirit ex p
te dei iustificātis gratia gra-
tūfaciens: ex pte hominis do
lor contritionis. Similiter ī
preparatione requiritur ex pte
dei gratia gratis data et ex p
te nostra dolor attritionis.
Unde ad sūmmatā iustifica
tionem qua fit solummodo a
culpa et a pena requiritur tri
plex dolor scȝ antecedens iu
stificationem: et coexistēs: ac
subsequēs. Primus est do-
lor attritionis. Secūd⁹ est
dolor contritionis sacramen
talis. Tertius est dolor satis
factorius. Hac ergo declara-
tione premissa sciendū q̄ at
tritio precedit contritionē si-
cut dispositio habitū: et pre-
paratio ipsam actualē iustifi
cationē. Quod tripliciter p
baf. Primo per locū ab au-
ctore. Greg. enī dicit sic: A-
lij per timorē plangūt: alij p
amorē lamentis se afficiunt:
Tunc sic: Cū ex amore lamē
tis quis se afficit cōtritio est:
cum p timorē se plangit attri
tio dicit. Sed vt habetur ab

Aug. in pgressu: ad iustifica
tionē timor introducit amo-
rē sicut seta filū: et ex cōsequē
ti planctus timoris introdu
cit lamentū auctoris: ergo at
tritio introducit contritionē
ergo precedit. Scdo proba-
tur sic. Timor est quasi ter-
minus a quo amor quasi ter-
minus ad quē. Sed termin⁹
a quo est mot⁹ necessario p-
cedens terminū ad quē. Cū
igitur dolor relatus ad timo
rem sit attritio: ad amorē ve-
ro contritio: necessario attri-
tio precedit cōtritionē. Ter
tio probaf sic: Attritio dicit
dolorē siue tristiciam que de
bet ad contritionē terminari
si ergo prius est motus q̄ ter
minus: ergo prius est attri-
tio q̄ contritio. hec ille. ¶
Deinde Sciendū quomodo
fiat attritio cōtritio. Ad hoc
dicit Rich. de me. vil. ī. 4.
dist. 17. ar. 1. q. 3. q̄ attritio
est actus penitētie elicitus a
penitētia informi que postea
charitate formaf illo actu ad
huc durante: et sic fit cōtritio
Nota tamē q̄ quāuis attriti
onē sit possibile fieri contriti
onem nō tamē est necessariū
possibile enī est q̄ attritio fa-

cientis quod in se est pri⁹ or dine nature desinat esse ꝙ de us tali gratiā infundat. Sed faciēti quod ī se est: nec hoc desinēti sed in ipso ꝯtinuāti necessariuꝫ est aliq̄ mō a deo dari gratiā gratū facientem: non necessitate causationis: nec necessitate mutabilitatis absolute: sed necessitate īmu tabilitatis ex p̄suppositiōe or dinationis sue qua īmutabi liter: ⁊ liberaliter ordinauit se daturū gratiā faciēti oē qđ in se est. Aū. 2. Thi. 2. De us seipsum negare nō potest Ex quo dicto arguit̄ sic. Si reuertenteꝫ ex toto corde ad se deus nō reciperet ad gratiā negaret se misericordeꝫ esse: in quo includeretur negatio sui. ergo omnē attritionē fa cientis quod in se est deus ꝺ necessitate facit contritioneꝫ eā formādo ꝑ gratiā. D

Attamē melius hoc intelli gendū scire debes ꝙ aliqueꝫ esse alicui debitorē potest es se triplici ꝺ causa. Aut quia aliquid sibi cōmissuꝫ est sicut tenet̄ debitor. Aut quia deli quit contra alium sicut tenet̄ qui aliū iniuste vulnerauerit Aut qꝛ aliquid alteri ꝓmisit

Sed soluꝫ tertio mō debitor est deus: qꝛ ꝓmisit ex mera liberalitate sua se daturꝫ gra tiā penitētie faciēti qđ in se ē vnde manasses in sua oratio ne. vt hr̄. 21. ꝑali. vl'. ait Tu dn̄e ſm bonitatē tuā ꝓmisi sti penitentiā remissiōis pec catorū. Hec Rich. Sꝫ nunc tibi edisserā que sit differētia inter attritionem ꝙ cōtritio nem: qꝛ triplex est ſm docto res. Prima est ꝙ attritio est dolor solū de magnis pecca tis. Dicitur enī attritum qđ in magnas partes diminuit̄ in quib⁹ ꝑtibus remanet ali quid de toto. Nā vt ita dicā remanet sapor adhuc totius ita in attritiōe peccatoruꝫ re manet sapor eorū qꝛ de ꝑuis culpis (licet de mortalib⁹ cō tritus sit) nō curat. Cōtritio vero est dolor omniū pecca torum ſm debitam mensurā hoc est vt de grauiorib⁹ gra uior ⁊ de leuiorib⁹ leuior do lor habeatur. Cor vero con tritum est velut mons immo monticulus puluerum late rum. i. peccatorum in morta rio ꝯsciētie pulueriꝫatorum: qđ totū attriti cordis ꝯtriū fa cit: qꝛ omnib⁹ p̄ceptis bone

stis obedit et odorē dño suauitatis obtulit. Unde Psal. Sacrificiū deo spūs cōtrit⁹. Secūda differētia est quia timor seruilis est principiū attritiōis: timor initialis ē prīcipiū cōtritionis. Et ideo attritio puenit ex timore: contritio vero ex amore. Et ideo qui solū dolet ppter timorē nō pōt habere peccati remissionē. Tertia differētia est q attritio est gratia gratis data: contritio aūt a gratia gratum faciēs. ¶ Sz ad p̄dictorū maiorem noticiā ponuntur hic due conclusiones Prima est q d̄ singulis peccatis mortalibus debet esse cōtritio singularis eo q non sufficit vna cōis contritio de omnib⁹. Uñ nota fm Tho. vbi s̄ ar. 2. q. 6. q ɔtritio potest ɔsiderari q̄tum ad duo. s. q̄tum ad eius principium et q̄tum ad eius terminum. Primo scz q̄tū ad ei⁹ prīcipiū. i. q̄tū ad cognitionē peccati que est principiū: et sic d̄ singulis peccatis q̄ quis cogitat et in memoria habet: oportet q sit cōtritio. Q.d̄ dupli ci ratione pbo. Primo ratione confessionis. Nam sicut requiritur confessio sic et contritio: sed impossibile est confiteri plura simul: ergo impossibile est conteri de oībus simul. Secundo ratione curationis sic: Diuersorum membrorum diuerse sunt vel erūt medicine: quia non sanat oculum quod sanat calcaneuz vt dicit beatus Hieronimus Si igitur contritio est medicina singularis contra vnuz tantū peccatū mortale nō sufficit vna cōmunis contritio de omnibus peccatis. Ex quo manifeste patet q penitens de omnibus peccatis d̄ quibus recordatur et singulariter cogitat singillatim habet seu tenetur conteri. de reliquis autez peccatis sufficit contritio generalis et cōmunis. Et sic intelligendū est illud quod psalmista dicit. Per singulas noctes lauabo lectum meum: id est per singula peccata: et stratum meum lachrimis meis rigabo. ¶ Secundo modo contritio potest considerari quantum ad eius terminum que ē gratia dei scz quando ille dolor ɔtritionis est dei gratia informatus. Et tunc sufficit q sit

vna cōis contritio de omnibus peccatis eo q̄ ille mot⁹ agit in virtute omniū dispositionum ⁊ in instanti omniū peccatorum operatur deletionē: nec quantū ad hoc magis debet esse contritio de vno q̄ de alio quia quicquid agit simul in multa ita q̄ nō in singula: nō agit ī quoddā plus ⁊ in quiddā minus. ¶ Scōa conclusio est q̄ ꝑm q̄d maior debet esse cōtritio de vno peccato q̄ de alio. Secundū q̄d dico: q̄ vt ex p̄cedēti patet respectu grē informātis mot⁹ ꝯtritionis fit ī instanti ⁊ omniū peccatorū simul deletionē operatur. Sed inquantū ipsa contritio dicit dolorē ipsi⁹ rōnalis pēsantis pctā super quibus conteritur penitens (quia estimatis hmōi est in tēpore) maior debet esse ꝯtritio de maiori peccato. Cū enim duplex sit dolor scz spiritualis ⁊ sensibilis: nō debet esse equalis vterq̄ dolor de oībus peccatis mortalib⁹. Nam dolor spiritualis que est quedam displicentia de peccato cōmisso maior debet esse de maiori peccato tum rōne offensionis: tū ratione visitationis: tum etiā ratione adequatiōis ⁊ cōmensurationis. Primū satis patet: q̄ vbi maior est offēsa ibi maior debet esse displicētia. Scdm patet simlr: q̄ homo debet vnū peccatū plus vitare quod grauius est q̄ aliud ergo ⁊c. Tertium sic probo: quia in ꝯtritione adequātur vel cōmensurant̄ plage aut pene ipsis peccatis ꝑm illud Deut. xxv. Secundū mensuram peccati debet esse plagarum modus: ergo si sic cōtritio erit maior de vno peccato q̄ de alio. Dico secūdo q̄ dolor sensibilis debet eē maior ratiōe maioris culpe seu offense: qđ similiter patet de se ꝑm illud Apo. xviij. Quātum glorificauit se ⁊ in delitijs fuit: tantū date ei de tormento ⁊ luctu. Et hec sufficiant pro isto die dixisse de cōtritione. Filius ¶ De attritione ⁊ contritiōe satis me informasti. ¶ Sed mentem meā tangit quidam admirationis scrupulus: quod vt mihi ea ī re satisfacias supplex posco. Nam q̄ deus pater pctōribus ad se reuertentibus tamcito indulgeat dan

do eis veram contritionē sa-tis percepi. Sed quod me in admirationem cōuertit est il-lud Cur vix tam pauci sunt qui se illa gratia scʒ peniten-tie velint facere dignos. In-super plures sunt (vt experi entie est) qui etiam postꝙ as sumpserint penitentie gratiā depost faciliter amittunt: ita vt pauci sint qui in penitētia ꝑseuerāt ꝛ in contritione.

Angelus Uide inquit pa-rabulaʒ. Et vidit talē. Erat enim ciuitas quedam paupꝫ-cula ꝛ lutosa: ciuesqꝫ eius si-militer paupes ꝛ deformes. Uenit quidam preco missus a quodā inclito rege quate-nus predicte ciuitatis ciuibꝰ nunciaret vt quicūqꝫ sue ser-uituti vellent subici predictꝰ preco talibus daret signum quoddam sibi notum (ꝛ infor matos de itinere) versus re-giam ciuitatem tales remit-teret: qui cuʒ venirent signū-qꝫ secum haberent certifica-tos eos redderet de libero in-troitu regie ciuitatis ac bo-norum omniū (que desidera-re possent) copiosis possessio nibus. Fecit predictꝰ preco omni q̄ poterat diligētia qd rex mādauerat. verum pau-cissimi verba sua aduerterūt imo quasi si deliramentū lo-querenē habebant. Aliqui ta men verbis suis intendētes qd suaserat attemptare se pa rauerūt. Dedit ergo his tali bus signum vnicuiqꝫ tale scʒ paruū vas ac luteum: in quo singulare clenodium latita-bat dicens: Ite tali itinere: ꝛ in quēcūqꝫ locuʒ veneritis vasa vestra abscōdite que vo bis dedi ne inimici vestri vo bis subripiāt. Spōdēt hic se ſm suā ꝑsuasionē facturos. Et iter arripiūt. Sed cū post aliqualē itineris fatigationē oblatū hospitiū peterent: ip-sumqꝫ intrarent: repererunt in eo consuetudinaria specta cula q̄ in sua ciuitate vsi fue-rant videre ꝛ exercere. quibꝰ ex more antiquo inherentes tantā morā in predicto hospi tio egerūt (victi delectationi-bus ipsius) vt ꝯsumptis reli quis bonis necesse haberent etiā predicta clenodia expen dere. Quibꝰ expēsis hospes infidelis eos tradidit morte puniēdos. vnus tamen ex eis cum inutilem moram aliorū vidisset ꝙ totius hospitium

exiuit: ⁊ ad regiā ciuitatē ꝑ-
perauit. ad quam cum perue
nisset ostēso signo in ipsaȝ re
ceptus est videns in illa que
oculus nunq̄ vidit: nec aurꝭ
sua prius audiuit: nec in cor
suuȝ ascēdit scȝ pulchritudi
nem illius ciuitatis ac ciuiū
eorum. Hanc vidi parabolā
interpretationem eius expe-
ctans. Angelus. Audi
inquit eiꝰ expositionē: q: ne
cessaria erit tibi cautela ipsiꝰ
itineris. Hic rex deus est: re
gia ciuitas regnū celeste. Lu
tosa ciuitas ciuesq̄ eius sta-
tus peccatorū est: ⁊ ipsi qui ī
eo conuersantur peccatores.
Preco: ordo predicatorū ac
confessorū qui homines pec
catores ad eternam beatitu-
dinem inuitant: ad quam ta
men peruenire non possunt
nisi signuȝ gratie in luteo va
se humilis penitentie secum
habeant. Nō autem vidisti
maiorē partem preconis ver
ba spernentē quasi deliramē
tum satis claret in multis fi-
lijs huius seculi qui penitē-
tialem vitam derident. Sed
q̄ aliquos vidisti signum p̄-
dictum acceptare: ⁊ in itine-
re ī hospitio amittere hi sunt
qui incipiūt penitentiā sȝ cū
occasio preteritorū peccatoꝝ
se eis offert victi experimen-
tali delectatione ipsam quaȝ
cōceperant penitentiā amit-
tunt: ⁊ sic gratia priuati cuȝ
moriunt̄ in manus tradent̄
tortorum: qui eos ducunt ad
mortem eternam. Unus aūt
qui cū signo suo ad regiaȝ ci
uitatē ꝑuenit ⁊ intrauit pau
citatē veroꝝ penitētiā signat
qui ꝑ ipsam ī eternū regnuȝ
introducunt̄. Cū quibꝰ pau-
cis tu fili festina ire. H.

Sabbato. sermo. xix.

In se reuersus.
⁊c. ¶ In hac die cō-
plere statū tertiuȝ fi-
lij ꝓdigi in quarta sua cōdi-
tione intēdo: vt crastino die:
deo dante: ad quartum statū
peruenire valeamus. Igitur
hodie veniēs ad filiū prodi-
gum sibi cōmissum angelus
suus ipsum adhuc sedenteȝ
⁊ peccata sua deplorantē in
uenit. Et dicit: Adhuc in a-
maritudīe cordis ꝑsistꝭ deplo
rās peccata: de eisq̄ contere
ris: bene quidem facis: sȝ vi-
de vt te prepares ad iter: vt
⁊ ipsa contrita peccata co-

ram patre possis cõfiteri:q: tempus est vt confitearis.

Fili⁹ Proposui mihi vel le cras (que dñica ẽ Oculi) iter arripere: ⁊ in itinere quo peccata mea patri confiterer diligentius deliberare. Verumtamen ⁊ hodie quedam temptatio me reddit pusillanimem. Video enĩ (qđ mihi haut parum displicet) ⁊ est id vicꝫ ꝙ deus mlťa spiritualia bona benedictionesꝙ varios his dat: ⁊ cõmittit etiaꝫ aliorũ benedictiones: qui minus ceteris penitentiã agũt. talesꝙ relicto đo ac bono penitentie mundi delectationibus toto nisu inseruiũt. hoc enĩ videtur inferre damnum bonis ⁊ deo seruientibus: sicut patet ĩ episcopis et sacerdotibus ⁊c. Angelus. Hoc te non moueat: nec ĩ bono te impediat: q: etsi mali sint tamen bona q̃ faciũt siue de genere boni: siue bona bñ circũstãtionata bonis ĩ bonũ cedũt. Qđ patet in hodier. epľa que scribitur Geñ. 27.

In diebus illis: Dixit rebecca filio suo iacob: audiui patrẽ tuuꝫ loquentẽ cũ esau fratre tuo: ⁊ dicentẽ ei. affer mihi de venatõe tua ⁊ fac cibos vt comedã: ⁊ benedicã tibi corã dño anteꝙ moriar. Nũc ergo fili mi acquiesce cõsilijs meis ⁊ pgẽs ad gregẽ affer mihi duos hedos optimos vt faciã ex eis escas pr̃i tuo q̃b⁹ libẽter vescit̃. q̃s cũ attulerit ⁊ cõederit bñdicat tibi priusꝙ moriat̃. Cui ille rñdit Nosti ꝙ esau frater me⁹ hõ pilosus sit ⁊ ego lenis. Si attrectauerit me pater me⁹ ⁊ sẽserit: timeo ne putet me sibi voluisse illuder̃: ⁊ ĩducat sup me maledictionẽ ꝓ bñdictione. ad quẽ mater In me sit ait ista maledictio fili mi: tantuꝫ audi vocẽ meam ⁊ pergens affer que dixi. abijt

⁊ attulit: deditq; matri. Parauit illa cibos si-
cut nouerat velle patrē illius: ⁊ vestib⁹ esau
valde bonis. quas apud se hēbat domi: induit
eū. Pelliculasq; hedorū circūdedit manibus
⁊ colli nuda protexit. Deditq; pulmentum et
panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis
dixit Pater mi. at ille respōdit: audio. Quis
es tu fili mi. Dixitq; iacob: Ego suz Esau pri-
mogenitus tuus. Feci sicut precepisti mihi.
surge sede ⁊ comede de venatiōe mea: vt bn̄-
dicat mihi anima tua. Rursum ysaac ad filiū
suū. Quō inquit tam cito inuenire potuisti fi
li mi? Qui respoudit Voluntas dei fuit vt ci-
to mihi occurreret quod volebam. Dixitq; y-
saac. accede huc vt tangā te fili mi: ⁊ ꝓbē vtrū
tu sis filius me⁹ Esau an nō. accessit ille ad pa
trē: ⁊ palpato eo dixit ysaac. Vox quidē vox
iacob est. sed manus: manus sūt Esau. Et nō
cognouit euz q2 pilose manus similitudinem
maioris expresserāt. Benedicēs ergo illi ait:
tu es filius me⁹ Esau? Respōdit: Ego sum. at
ille. affer mihi inquit cibos de venatiōe tua fi-
li mi: vt benedicat tibi aīa mea. Quos cuz ob
latos comedisset obtulit ei etiam vinū. Quo
hausto dixit ad eum. accede ad me: ⁊ da mihi
osculuz fili mi. accessit ⁊ osculatus est eū. Sta

timqꝫ vt sensit vestimentoꝝ eius fragrantiam benedicens illi ait. Ecce odoꝛ filij mei sicut odoꝛ agri pleni cui benedixit dominus. Det tibi deus de roꝛe celi: et de pinguedine terre abundantiam frumenti vini et olei: et seruiant tibi populi et adoꝛent te tribus. Esto dñs fratrũ tuoꝛuꝫ et incuruentur ante te filij matris tue: qui maledixerit tibi sit ille maledictus: et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Vix ysaac sermonem impleuerat: et egresso iacob foꝛas venit esau: coctosqꝫ de venatiõe cibos intulit patri dicens: Surge mi pater: et comede de venatione filij tui: ꝛ bñdicat mihi anima tua. Dixitqꝫ illi ysaac. quis eñ es tu? Qui respondit: Ego sũ filius tuus pꝛimogenitus esau. Expauit ysaac stupoꝛe vehemẽti ꝛ vltra q̃ credi potest admirans ait. Quis igitur ille est q̇ dudũ captam venationem attulit mihi: ꝛ comedi ex omnibus pꝛiusq̃ tu venires? Benedixiqꝫ ei ꝛ erit benedictus. auditis esau sermonibus pr̃is irrugijt clamoꝛe magno: et consternatus ait. Benedic etiã et mihi pr̃ mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulẽter: et accepit benedictionem tuam. at ille subiunxit: Iuste vocatũ est nomen eius iacob: supplantauit enim me en altera vice. Pꝛimogenita mea ante tulit: ꝛ nunc

secūdo subripuit benedictionem meam. Rursumq; ad patrem: nunq̄d non reseruasti ait et mihi benedictionē? Respondit ysaac. Dñm tuum illū constitui ⁊ omes fratres tuos seruituti illius subiugaui. Frumento et vino et oleo stabiliui eum et tibi post hec fili mi vltra quid faciam? Cui esau ait. Nō vnā inquit tm̄ bn̄dictionem habes pr̄? Mihi quoq; obsecro vt benedicas. Cunq; eiulatu magno fleret mot⁹ ysaac dixit ad eum: In pinguedine terre ⁊ in rore celi desuper erit benedictio tua.

Nec quem moueat q̄ hodie obmisso euangelio ep̄lam dixerim. q2 euange. est de filio ꝓdigo: quē non potui bonomodo aptare sibijpsi in vno statu: cum euangelium dicat de oībus sex statibus in principio libri tactis. Igitur ad propositū redeundo dic̄ angelus: Uides q̄ omnia bona ipsius esau in vtilitatem iacob cesserant. Nam eius primogenita obtinuit ac ip̄ius benedictionem. Deniq; ⁊ malicia ꝑsecutiōis illius cesserat iacob in bonum: q2 ad multiplicationē ꝓlis ac diuitiarū: et q̄ meruit scalam videre ⁊c̄ Hec oīa sibi euenerant quādo persecutionem fugit ipsius in mesopotaniam. Sic et modo bona episcoporum sacerdotum et prelatorum malorum cedunt in bonum p̄destinatis: quia oīa finaliter ꝓpter ipsos. Ro. 8. Scim⁹ quō diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.

Tu ergo viuito bene: et omnia tibi cooperabuntur in bonum. Igitur vade ad patrē.

Filius. Bene contentant me verba tua. At cras (vita comite) ad patrem q̄primū ibo: vt ei puram faciam confessionem. Tm̄ hoc peto: vt dicas mihi vlterius de ꝯtritione vtrum ꝑ ip̄am possit ani-

ma sanari: et de ei⁹ necessitate Angel⁹ Placet qd postulas tibi edissere. I Scire igit debes q aiaz sanari p verā ɔtritionē possibile est et fit cōtinue i his q̄ p penitētiā iustificantur. Qd rōne pbat alex. vbi s. Primo sic. Natura nihil fac frustra. 3° de aia. Et hoc itelligit de natura naturata: ergo a fortiori natura naturās nihil fac frustra q̄ p fectissima ē: sz de⁹ est natura naturās: ergo etc. Tūc sicut de⁹ instituit baptismū et penitētiā et alia sacramenta ad sanandum morbos spirituales Si ergo illa frustra instituta non sunt: seqnitur q possibile est animam posse sanari: g etc. Quod etiam multis exēplis sacri euangelij probatur scz in petro: maria magdalena: seruo centurionis: et cetera Secundo scire debes q huiusmodi sanatio pricipaliter fit per penitenttā et maxime per contritionem ad quod intelligendum ponit alexāder de al. duplicem infirmitatem in quā homo cadit p culpam suam: qr primo efficitur debitor pene. Et hec est quedam infirmitas. Unde super illud ps. Miserere mei dñe qm̄ infirmus sum. dicit glosa. reatu infirmatur anima: a quo reatu sana me dñe. Et ab ista infirrmitate fit sanatio per cōtritionem: qr per cōtritionez reatus pene eterne comutat in obligationem pene temporalis: a qua postea sanat confessio et satisfactio. Unū Gregorius: Contritio pungit: cōfessio aperit: satisfactio cathaplasma apponit. hec Alexā. R Sz vt magis intelligas quid cōtritio sanat doc. sub tibi in mediū ducā hic incidē talit. Dicit em̄ idē in. 4. di. 14. qd illd qd i pctōre manet p⁹ actū pcti dr offēsa macula reat⁹: q̄ oia dicūt relatiōez tē poris scz ordiatōez ad penā: q̄ ordiatio vt ē discōueniēs ipi aīe dr ei⁹ mac la sic p opposi tū pulcritudo. Ut āt ē obligatio formalr ad illā penā dr reat⁹. et vt ē act⁹ volūtatis diuie in q̄ ē tota ista realitas p quē actū ordinat ad talē penā dr offensa. Nihil em̄ ē aliud offēdi vl irasci i do q velle vidicare ista pena. Et licet ds dicat figuratiue irat⁹ vel offēs⁹ tm̄ accipiēdo istā rōnem irasci pro velle vindicare exclu-

sa passione cõcomitante isti⁹ velle deus formalit̃ est irat⁹ vel offensus: qꝛ formaliter est volens vindicare peccatũ cõ missum' cõtra legẽ suã. Tũc vltra illud quod sic remanet in peccatore post actũ peccati potest deleri: et quandoqꝫ de let̃ iuxta illud simboli: remis sionem peccatorum: et de⁹ ẽ remissiuus peccatoꝝ: ⁊ quan doqꝫ remittens pctã: qδ patꝫ in dauid: petro: magdalena: et huiusmõi plurib⁹. Tamẽ non remittit peccatũ sine pe na equiualente in acceptione diuina. qꝛ ꝑ quodcunqꝫ pec catũ offendit̃ de⁹. offensa aũt eius vel ira vt dictum est: est eius velle vindicare: vel ali quod sufficiens ad placandũ exigere: quo posito quocunqꝫ peccato deus vult vindicare de peccante. Sed velle vin dicare est velle punire: ergo post peccatum commissuꝫ ad eius deletionem requirit̃ ali qua punitio equiualẽs in ac ceptione diuina. Et licet cul pa que tollit̃ tollatur realiter per penam sicut obligatio ad aliquid tollit̃ per solutionem illi⁹. Et licet quãdoqꝫ tollat̃ per aliud a pena equiualens in acceptõe diuina: tamen re gulariter per penam ordinat̃ et si nõ tollat̃. Et hoc est qδ dicit Boe. ꝙ pena est ordina tiua culpe: ita ꝙ nõ pt relinq̃ in vniuerso aliqua culpa cui non correspondeat pena ordi natiua. Ex his sequit̃ quid sit quod post actum peccati de letur seu sanet̃ per cõtritionẽ. Hec Sco. M Secunda infirmitas in peccatore est ꝙ ex peccato sequitur inabilitas ad bonum ⁊ facilitas ad ma lũ: ⁊ ĩpotẽs ad resistendũ ma lo. Et illa dicit̃ sequela pecca ti: Et ista infirmitas habet sa nari per virtutes qui rectifi cant aĩm in viribus suis. hec alex. Sꝫ ꝙ necessaria sit ipsa contritio ad delendũ peccata tibi insup edisseram. Suppo sito eñi illo quod ab omnib⁹ doctoribus tanꝙ verũ habet̃ scꝫ ꝙ omẽs homines natura liter appetant felicitatẽ et sũ mũ bonũ: et naturaliter fugi ant malum ꝑ actum' nolendi qꝛ opposita habẽt se circa idẽ Cum igit̃ beatitudo eterna ⁊ increata sit summũ bonum: ⁊ damnatio eterna sit summuꝫ malum: ipsa beatitudo sũme querenda est: et ipsa pena sũ

me querenda est: Sed a peccatore nec illud acqri potest: nec istud vitari sine contritione: ergo summe necessaria ē contritio. Igitur post hec (quia vt dictum est contritio necessaria est ad deletionem peccati et congruam dispositionem infundendi gratiaȝ) iam tibi declarabo quomodo se homo peccator disponere debet ad illam contritionem obtinendam. ad quod requiruntur aliqua que ex dictis doctorum colliguntur super magistrum in quarto sen. in diuersis distinctionibus.

¶ Primum est diligens discussio conscientie ꝛ distincta ꝑcogitatio omniū mortalium de quibus prius homo non ē sufficienter contritus ꝛ cuiuslibet eorū cum circumstātijs aggrauantibus et maxime q̄ in aliud genꝰ peccati trahūt. Et docet hoc Augustinus ī libro de vera ꝛ falsa penitentia: et allegat eum magister dist. 16. Nam postq̄ enumerauit multas circumstantias peccatorum subiungit dicēs Omnis illa varietas est confitenda et deflenda. Et post pauca dicit. Inmoret in singulis istis et sentiat modum criminis purgans lachrimis omneȝ qualitatem vitij ¶

Secundum requisitum ē nolicio displicentia seu detestatio omniū et singulorūȝ mortaliū peccatoꝝ suoꝝ. quorūȝ in predicta sua precogitatiōe et meditatōe poterat esse memor. Ista aūt detestatio ꝛ nolitio aut est conditionalis q̄ vellet si possibile foret se non peccasse. Aut est optatiua vt vtinam non peccassem: ꝛc. Qđ aūt talis nolitio et detestatio requiratur patet sic: qꝛ ipsa contritio est ista displicētia essentialiter. vt magr̄ dic̄ in di. 15. et doc. desup. Igit̄ talis displicentia nolitio ꝛ detestatio requiritur de omnibus peccatis. qꝛ si adhuc vnū peccatū placeret: penitens talis non esset. Ratio est: qꝛ iō finaliter displicere debet peccata qꝛ sunt contra deū. Sed sicut vnum est contra ipsum: sic reliquum et omnia: ergo ꝛc. Nam deus cuius opera perfecta sunt totum hominē saluum facit: aut nihil in eo. de pe. di. 3. c. Sunt plures. adiuncta glo. Vn̄ Aug. Sūt plures q̄s penitet peccasse sȝ

non omnino: reseruantes sibi quedam in quibus delectant̄ non aduertentes dn̄m simul mutum et surduȝ a demonio liberasse. vt Mathei. 12. Lu. .11. Tertium requisitum est vna generalis detestatio omnium peccatorum suorum oblitorum et ignoratorum que cōmisit ⁊ nescit. et debet etiā contritioneȝ illam habere de ipsa negligentia ⁊ obliuiōe ⁊ debet verisimiliter timere ꝙ multa plura commisit que nescit. Quartuȝ requisitum est vt homo cesset a peccatis: et habeat ꝓpositum cessandi et cauendi se a peccatis in futuro. Nam hoc patet ex diffinitione penitentie: vt patet. s. Quintum requisitum est ꝓpositū confitendi omnia sua mortalia prius non confessa seu victe confessa: et a quib⁹ prius non est legittime absolutus. Item debet etiam habere propositum satisfaciēdi deo ꝓ peccatis. Sextum req̄situm est motus li. ar. in deū Omnes enī doctores ī 17. di. dicunt: ꝙ ad iustificationem impij requiritur motus liberi arbitrij in deum. ⁊ videtur ꝙ ille mot⁹ li. ar. sit dilectio dei actualis sup omnia que ipi penitenti sit causa doloris peccatoruȝ ⁊ detestationis p̄ncipaliter propter deum et inquantum sunt dei offensiua contra honorē ipi⁹ facta. Septimū requisituȝ est vna generalis detestatio omnium peccatorum mortaliū. Nam vt omnes concordant: ad iustificationem impij requirit̄ etiam motus li. ar. in pctā sua. Qui motus est eorū detestatio omniū in generali. Et vt dicit tho. in tertia pte. q. 85. Predict⁹ motus voluntatis in deū scȝ qui ei⁹ est dilectio super omnia ē naturaliter prior isto motu volūtatis in peccata: et est causa. Dicit enī ꝙ actus penitentie virtutis est contra peccatum ex amore dei. et ꝙ prim⁹ actus scilicet amor dei est causa et ratio secundi scȝ act⁹ penitentie siue detestationis. et ibidem dicit. q. 80. ꝙ ad veram penitentiam req̄ritur ꝙ homo deserat peccatum inq̄ꝙ tum est contra deum. Et post pauca subdit. Si enim displicet homini aliquod peccatuȝ eo ꝙ est contra deum sup omnia sibi dilectum eo ꝙ requi

